

Non ieiunans quasi inermis ad bellū pro cedit.

Nunc ergo charissimi quicumque hoc sacro tempore cupimus ad Deum conuertere, vitios relinquiri, virtutibus studere, à ieiunio necesse est nos incipere.

Nam qui sine corporis abstinentia expugnare vitia satagit, quasi inermis ad bellum procedit. Sed nullus bellator fortis, arma (licet ponderent, licet grauent, molestiamque inferant) proficit, ita nec ieiunium pugil spiritualis. Certi denique scimus quod si nondum corporis gulam vincere sufficimus, inutiliter ad cetera expugnanda vitia laboramus, sicut beatus Grego. 30. moral. docet. Nullus inquit, palmam spiritualis certaminis apprehendit, qui non in semetipso prius per afflictam ventris cōcupiscentiam carnis incentiuā deuicerit. Neque enim ad conflictum spiritualis agonis asurgitur, si non prius inter nosmetipsos hostis positus, gulæ scilicet appetitus edomatur. Quia si non ea, quæ nobis sunt viciniora, prosterimus, nimirum inaniter ad ea, quæ longè sunt, impugnanda transimus. Incassum namque contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra ipsa vrbis menia eius insidians habetur. Hæc Grego.

Ad idem loquitur Cas. lib. quinto de institutione monachorum. Pudor quoque est fortibus crapulari contra mandatum ecclesie, dum minus robusti ieiunant, sicut dicit Ambro. sermo. de 40. Quamuis abstineat quis ceteris diebus, quamuis ciborum dulcia alimenta non sumat, non tamen illius fertur acceptum ieiunium, qui non diebus 40. ieiunat. Pud. t. dicere, senes & ancilulæ 40. faciunt, diuites, & iuuenesque non faciunt. Pudor est omnibus Christi seruis domino suo debitoribus, non ieiunare pro suis, dum dominum suum, cui debent, pro se credunt ieiunium afflictum. Qualis enim (ait Bernard. sermo. 3. de 40.) ille est christianus, qui minus deuote ieiunium suscipit, quod ei tradidit ipse Christus? Denique tantò nobis deuotius imitandum est Christi ieiunantis exemplum, quanto certius est propter nos eum ieiunasse, non propter seipsum. Quia si in opere salutis nostræ ei collaborare pigebit, in quo deinceps nos coadiuro res exhibebimus illi? Et ad quid magnum est si ieiunet cum Christo, qui sessur^{us} est ad mensam patris cum Christo? Non est magnum si compariter nēbrū, cū quo glorificandū est. Felix mēbrum, quod huic adhæserit per omnia capita, & sequitur illud, quocumque ierit. Ita sequamur eum ieiunantem in deserto, vt sequi mereamur illum de deserto huius seculi, nos ad sua regnā perennia deducentem. Præstante eodē domino nostro. &c.

DOMINICA INVOCAUIT

Sermo. I. I. in ordine.

XXVI.

ECCE nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis 2. Cor. 6. & in epistola.

Novit sancta mater ecclesia, novit & spiritus sanctus, qui ecclesiam quam sanctificat regit, & gubernat, fragilitatis nostræ mirabilitatē, ac pugnæ semper nobis imminētis instantiam quofit, vt vix sit, immo omnino non sit, qui non aliquando saltem venialiter peccato succumbat. Hinc Leo in sermone cuius principium est: Prædicaturus vobis ait: Dum per varias actiones vitæ huius sollicitudo distenditur, necesse est de mundano puluere etiā religiosa corda fordescere. Propter quod & beatus Ioannes euangelista compulsus est confiteri, & dicere. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos se ducimus, & veritas in nobis non est. Ioann. primo. Ideo salubriter reparandæ mentis puritati prouidit, quadragesimale tempus cuius initium hodie celebramus instituens, quo aliorum temporum negligentias, & culpas redimamus, ac contra hostis tentamenta, cui prius cessimus, bellum inuouemus, qui perditam victoriæ coronam, viri-